



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLII. Der Rath zu Woldenberg bekundet die Abtretung von 20 Hufen in  
Lämmersdorf an das Kloster Marienwalde, am 21. März 1361.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XLII. Der Rath zu Woldenberg bekundet die Abtretung von 20 Hufen in Lämmerdorf an das Kloster Marienwalde, am 21. März 1361.

In nomine Domini Amen. Ad rei geste Memoriam sempiternam, Vniverſis Chriſti fidelibus preſentia cognituris, Nos Conſules Civitatis Woldenberg recognoſcimus publice proteſtantes, quod Peze dictus ſtym et uxor eius Katherina, una cum fratre eius prefecto in Woldenbergk Civitate predicta, maturo Conſilio prehabito, non coacto modo, ſed bona et libera Voluntate vendiderunt preſentibus et vendunt, reſignaverunt et in hiis ſcriptis reſignant religioſis et reverendis Viris Domino Joanni, Abbati in Marienwalde, totique conventui ibidem, viginti manſos, ſitos in Campis et metis Ville Lamprechtsdorff, cum omnibus pertinentiis ſuis et utilitatibus, uſufructibus ſuis, pactu. pullis ſumalibus et pactalibus, cum Collatione Eccleſie, cum medietate iudicii prefecture, cum una taberna et ſi aliquid in precaria habuerunt. Aut ſi uxoris prenotati Pezen, Kathrine preſcripte aliqui manſi ex preſcriptis viginti manſis fuerunt in dotalium collati, totum vendiderunt et reſignaverunt et ipſa preſcripta Katherina benevole et benigne reſignavit, cum tali Jure, ſicut ipſi et parentes eorum ſepedictos viginti manſos in Lampertsdorff poſſederunt, pro quadringentis et viginti quinque marcis monete ſtetinenſis, Et in hac venditione tota briga et controverſia inter predictos Religioſos et reverendos viros Dominos de Marienwalde et ſepe dictum Pezen ſtym habita, erit totaliter concordata; ſedata et ſopita. In cuius rei teſtimonium noſtre civitatis publicum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum in Woldenberg, Anno Dni. milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, Dominica Dei in ramis Palmarum, Preſentibus et teſtibus Arnoldo de Oſten, Rudolpho de Mellentin, Gunthero de Guntersberg et Conrado de Crempzou famulis ſtrenuis et Nicolao Hoine, Petro Lentzen, Conrado doberpol et aliis quam pluribus fide dignis.

Aus der Gundling'schen Urkunden-Sammlung mspt. III, 3. S. 20.

XLIII. Markgraf Ludwig veretignet dem Kloster Reetz den See Trebin und die Haide Lehmkuhscheide, am 14. Februar 1362.

Noverint univerſi etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie et omnium ſanctorum perhennemque animarum noſtrarum, heredum et ſucceſſorum noſtrorum memoriam appropriavimus et preſentibus appropriamus religioſis et Deodicatis virginibus abbatiffe, prioriffe totique conventui monaſterii in Retz, ciſterciensis ordinis, dioceſeos Caminenſis, unum lacum dictum Trebin cum decurſibus aquarum intra et extra ipſum lacum currencium et mericam dictam Leimkuhscheide cum omnibus iuribus proventibus et redditibus de dicto lacu et merica derivantibus, Sic quod memorata merica et lacus ad predictum monaſterium et conventum debebunt perpetuis temporibus iuſto proprietatis titulo ſine impedimento quocunque pertinere, Renunciantes eciam pro